 6 Nedon, vrbs & locus Laconiae: vnde Minerua Nedusia. Ste.
 Neetus, oppidum est in Italia. Strab.
 Neitae, portae Thebarum, e quibus Aldus in Papiniu multa.
 Neius, mons est Ithacae. Hom. lib. 2. Iliad.
 6 Negeta, oppidum est Africae inter Bragadam & Tritonem.
 6 Negla, oppidulum Arabiae: gentile Neglius. Steph.
 Nelaxa, ciuitas est Batanae regionis in Syria, Ptol.
 Neleus, rex fuit in Pylo, Nestoris pater. Hom.
 Neleides, patronymicum a Neleo, & possessiuum Neleius.
 Ouid. lib. 12.
 Nelo, flu. est Galliciae in Hispania. Plin. lib. 4.
 Nemaloni, populi sunt Alpini. Plin. lib. 3. cap. 20.
 Nemanturista, op. est Hispaniae. Ptol.
 Nemausus, opp. prouinciae Narbonensis. Aricomiscorum me-
 tropolis. Vulgo. Nimes.
 6 Nemausus, vrbs Italiae: gentile Nemausus. Steph.
 Nemea, ciuitas est Peloponnesi mediterranea. Ptol.
 Nemea, regio est Arcadiae in Peloponneso.
 Nemea, sylua inter Cleonas & Philuntem. Strab.
 Nemei iudi, in Archemori honorem in quibus victores apio
 coronabantur.
 Nemaeus, a. um. bradri syllabum, res ad Nemaeam pertinens,
 vt Leo Nemaeus.
 Nementuri, pop. sunt Alpini. Plin. lib. 3. cap. 20.
 Nemeoli, pop. sunt Galliae Aquitaniae. Plin. lib. 4.
 Nemertes, nympa marina, dicta quali incorruptibilis.
 Nemesis, dea quae facinorosos & impios punire putabatur,
 Rhamnusia quoque dicta.
 Nemesium, villa est Libycae nomidis in Aegypto. Pto.
 Nemetati, pop. sunt Hispaniae. Ptol.
 Nemeti, populi sunt Galliae Belgicae. Pto. Vulgo. Los de
 Vuormacia en Alemaña.
 Nemetobriga, opp. est Hispaniae Tarraconensis. Vulgo. Val
 de Nebro.
 6 Nemetum, Germaniae vrbs. Vulgo. Spira.
 Nenta, opp. est Africae propria. Ptol.
 Nentidava, ciuitas est Daciae. Ptol.
 Neobole, Lycambis filia, quae Archilocho poetae promissa,
 deinde negata fuit.
 Neocæsarea, ciuitas est Cappadociae. Ptol.
 Neocles, philosophus Atheniensis, frater Epicuri scripsit de
 secta sua. Diog.
 Neodunum, oppidum est Galliae Lugdunensis. Ptol. Vulgo.
 Leondoul.
 Neoga, opp. Asturum in ora maritima.
 Neogiaia, nauaie est in Arabia foelici. Ptol.
 Neomagus, oppidum Nemetorum in Gallia Belgica. Ptol.
 Vulgo. Spira.
 Neomagus, opp. est Galliae Lugdunensis. Ptol.
 Neomagus, opp. est quoque Britanniae. Ptol.
 Neon, opp. est in Thessalia. Strab. lib. 9.
 Neontichos, opp. est Acolidis regionis. Plin. lib. 5.
 Neoptolemus, Achillis fuit ex Deldamia filius.
 Nepeta, siue Nepita, vel Nepite, opp. est Tusciae mediterrae-
 nium. Vulgo. Nepi.
 Nepeta, quoque legitur Nepe & Nepet indicabile apud
 Priscianum.
 Nepelini, non Nepitini a Nepete dicuntur. Sil.
 Nephela, vxor Athamantis, mater Ihyxi & Helles.
 Nephelæus, a. um. Vt Nephelæum pecus. i. Aries. Val.
 6 Nephelococcygia, conficium vrbs nomen apud Aristophanem. Steph.
 6 Nephthalitæ, pop. denominati in oriente. Steph.
 Neptunus, Saturni & Opis filius, maris deus dictus est.
 Neptunalia, orū. Neptuni sacra, quae & Salatia a Salo dicuntur

Neptunius, a. um. adiect. vt Neptunia regna.
 Neptuni aræ, ponuntur in Numidia. Ptol. Bugia.
 Neptuni delubrum, est in Isthmo Corinthiaco. Pomp.
 Neptuni templum, quoque est in Caria.
 Neptuni lucus, in Boeotia. Hom. 2. Iliad.
 Neptunius, mons est Siciliae. Solin. cap. 11.
 Nequinum, ciuitas Italiae, quae postea Narnia. Vulgo Narni.
 Nequinum, sic dictum, propter incolarū libidinofam inertiam.
 Nequimates, dicti Narnienses, a Nequino. Fest.
 6 Nerabus, vrbs Syriae: gentile Nerabius. Steph.
 Nereus, marinus deus Oceani & Tethyos filius. Hest.
 Nereides, fuerunt maris nymphe. Stat. lib. 3. Syluar.
 Neri, pop. sunt Galliciae regionis in Hispania. Plin.
 Nerio, onis. Martis vxor. Plat. in Truc.
 Nerigos, insula est, septentrionalis ad Thulen. Plin.
 Neretini, pop. sunt Hirpinorum in Italia. Plin.
 6 Nericus, vrbs Acarnaniae: ciuis Nericus. Steph.
 Neriphos, insula est non longe a Cherionneso Thraciae Plin.
 Neritum, opp. est Salentinorum mediterraneum. Ptol. Vulg.
 Nardo en tierra de Otranto.
 Neritum an Viretum? Cuid. Salentinumque Neritum.
 Nericos, mons est in Ithaca insula. Plin. lib. 4. cap. 12.
 Neritos, insula est prope Zacynthū in iuu Ionio. Stra. Vul.
 Lencada. S. Maura.
 Neritos, vrbs quoque est in Ithaca insula. Strab.
 Neritus, a. um. a Nerito. vt Neritus Vlysses. Ouid.
 Nerium, promont. est in sinibus Galliciae. Vulgo. Cabo Finis
 terre. (tudo.
 Nero, verbum Sabinum est, quo significatur virtus & fortis
 Nero, Imperator fuit Romanorum, omnium quos unquam
 terra sustulit crudelissimus, vnde.
 Neronis crudeliter, & Neronales, crudeliores dicimus.
 Neronianus, a. um. & Neronius, a. um. a Nerone. Ste.
 Neronis ferum, ciuitas est Galliae Narbonensis. Ptol.
 Nertobriga, opp. est Hispaniae. Ptol.
 Nerua, flu. est Hispaniae citerioris. Ptol.
 Neruesia, vicus est Aequiculorum in Italia.
 Neruij, siue Neruisj, pop. sunt Galliae Belgicae. Vulgo. Los
 de Tornay, Henao, y Cambray.
 Netulani, pop. sunt Latij iuxta Romam. Plin. lib. 3.
 Nerulum, opp. est Lucanorum in Italia.
 Nerulonenses, pop. a Nerulo cognominati.
 Nesa, regio Montana, iuxta Aetnam.
 Nesa, campus apud Medos. Steph.
 Nesa, nympa est, a natando sic dicta.
 Nesi, pop. Scythiae in Europa: optimis equis abundantes. Pl.
 lib. 6. cap. 20.
 Nesiotis, regio est Sarmaticae.
 Nesis, insula est adiacens Campaniae. Luc.
 Nesium, siue Nesos, opp. est Euboeae insulae. Pomp.
 Nesonis, quondam dicta fuit, quae postea Thessalia.
 6 Nesonius lacus, est in Thessalia. Strab.
 Nessus, Centaurus fuit Ixionis ex nube filius.
 Nessesus, a. um. adiect. vt Nessesum venenum. Ouid.
 Nessus, flu. est Thraciae. Ptol. qui Solino dicitur Nessus. Vul.
 Nessus, opp. quoque in Thracia ponitur. (Nisava.
 Nestor, oris. filius fuit Nerei & Chotidis. Hom.
 Nestorides, patronymicum, & Nestoreus possessiuum.
 Nesua, flu. est Cantabrorum. Pomp. lib. 3. cap. 1.
 Nesus, opp. est in Mysia superiori. Ptol.
 Netaleusa, ciuitas est Thessaliae. Strab.
 Netij, pop. sunt Italiae ad Apes. Sempronio.
 Neuceria, ciuitas est Vmbriae quae Nuceria. Vulgo Nocera.
 Neuola, flumen est in Sentinati agro.
 Neuri, pop. Scythiae Europae. Plin. lib. 4. cap. 12.
 Neuris, ipsa regio est Neurorum populorum.
 Neuri, siue Neuro, pop. sunt iidem qui Neruij.
 Neure, non Neuri aut Neurae scribendum est.
 Neurae, dicitur sicut Paxos Goigae ex Hero. Pom. Sol.
 Neut, metropolis & nomos est in Aegypto. Ptol.

N ANTE L

- Nia, fluvius est Lybiæ interioris. Ptol.
 Niæthos, fluvius est Theocrito, quæ eius enarratores, dicte esse in Sicilia.
 Niara, ciuitas est Syriæ in Cyristica regione. Ptol.
 Nibis, oppidum est Hispaniæ.
 6 Nibis, vrbs Aegypti gentile Nibites. Steph.
 6 Nicator, vrbs Syriæ, à Seleuco Niatore condita. Steph.
 Nicæa, ciuitas est Ponti siue Bithyniæ. Ptol.
 Nicæa, ciuitas est Locridis regionis. Strab. lib. 9.
 Nicæa, oppidum in confinio Italiæ & Galliæ. Vulgo Nizza.
 Nicæa, ciuitas est Indorum. Strab. lib. 1.
 Nicæa, ciuitas Indiæ ab Alexandro condita. Trogo.
 Nicæa, an Nicæa, ciuitas Corsicæ insulæ. Diod.
 Nicensis, e. quod ad Nicæam urbem pertinet, siue provinciâ.
 Nicarchus, pictor fuit sua ætate eximius. Pl. lib. 35. cap. 11.
 Nicander, viri proprium, quasi victor vir.
 Nicander, Colophonius poëta, scripsit de Theriaca cõtra venenum, & de agricultura. Suid.
 Nicanor, Alexandrinus grammaticus sub Adriano principe, æqualis Hermippo Berytio. Suid.
 Nicator, dictus fuit Seleucus, quia in bello semper inuictus extitit. Appian. in Syriaco.
 Nicetes, Smyrnæus sophista Adriano principi gratus.
 Nicephorium, ciuitas est Mesopotamiæ. Ptol.
 Nicia, fluvius in Padum defluens. Plin. Vulgo Lenza.
 6 Niciæ, vicus in Aegypto est, gentile Niciotes. Steph.
 Nicias, Pyrrhi medicus, qui Pyrrhum veneno necare Fabricio promisit.
 Nicias, Grammaticus Romæ familiaris Pompeio & Cicero ni. Sueton.
 Nicias, Atheniensis pictor. Pl. lib. 35. cap. 11.
 Nicia, ciuitas est mediterranea Ciliciæ. Ptol.
 Nicil, metropolis est in Aegypto. Ptol.
 Nico, vnus e principibus Tarentinorum qui in Annibalem coniurarunt. Livio Cecad. 3.
 Nicocreon, ontis, Cypriorum tyrannus.
 Nicolaus, viri proprium, quasi victor populi.
 Nicolaitæ, hæretici fuere à quodam Nicolao nomẽ ducetes.
 Nicomachus, dictus fuit pater Aristotelis.
 Nicomachus ex Alexandria Troadis, poëta tragicus scripsit comedias vndecim. Suid.
 Nicomachus, Atheniensis tragicus, qui Euripidem & Theogenem vicit. Suid.
 Nicomachus Machaonis filius, & Aesculapii nepos.
 Nicomachus, pictor Aristodemi filius. Plin. lib. 35.
 Nicomedis, rex Bithiniæ Romanorum amicus.
 Nicomedia, ciuitas est Bithiniæ. Ptol. quæ Turcis. Vulgo Nischor dicitur, nautis vero Comidia
 Nicomedientis, fecit Hieronymus à Nicomidia.
 Niconia, vrbs in ponto iuxta Istri ostia. Strab. lib. 7.
 Nicophanes, pictor elegans & concinus. Plin. lib. 35.
 Nicopolis, ciuitas est Armeniæ minoris. Pto.
 Nicopolis, ciuitas Epiri, in Actio promotorio. Vul. Preueza
 Nicopolis, à victoria Augusti sic appellata fuit.
 Nicopolis, ciuitas est Thraciæ mediterranea. Ptol.
 Nicopolis, ciuitas est Ciliciæ mediterranea. Ptol.
 Nicostrata, mater Euandi Arcadis, futurorũ vaticinatrix. Interp. victoriosa exercitu.
 Nicostratus, Macedo orator inter decem secundus. Sui.
 Nicostratus item, poëta comicus Atheneo.
 Nicrus, vel nicer, flu. Germaniæ fontes habet in sylua Martiana. Vulg. Necker.
 Niga, ciuitas est Albanæ. Ptol.
 Nigheni, pop. sunt Africæ propriæ. Ptol.
 Niger, flu. est Thraciæ, qui græce Melanos dicitur.
 Niger, flu. eiusdem cum Nilo naturæ in interiori Africa. Vulgo Rio de Senega.
 Nigidius, sigulus, philosophus Pythagoricus Romæ floruit Cæsaris tempore.

- Nigintini, pop. sunt Africæ propriæ. Ptol.
 Nigira, metropolis est Libyæ interioris. Ptol.
 Nigri lapidis dorsum, mons est in Aegypto.
 Nigri, fons est in Aethiopia. Pl. lib. 5. cap. 2.
 Nigri, mons est in Cyrenaica parte Africæ interioris. Plin. lib. 5. cap. 5.
 Nigris, pop. sunt Aethiopiæ. Pomp. & alii.
 Nigris palus, est in Libya interiori. Ptol.
 Niguza, opp. est Mediæ. Ptol.
 Nilo. onis, mōs est Indorum. Solin.
 Nilus, Aegypti fluvius, antea Melo dictus.
 Niliacus, a. um. adiect. vt, Thus Niliacum. Stat.
 Nilometrium, puteus est in ripa Lili ex integro lapide constructus.
 Nilotis, idis. à Nilo. Luc. Quod Nilotis acus compressit petine ferrum.
 Nilis, idis, palus est quam Nilus fluvius facit.
 Nimblis, insula est non longe à Gyaro.
 6 Nina, vrbs quam cõdidit Ninus siue Amazones. Her.
 Ninea vrbs Oenotrorum, gentile Ninæus. Steph.
 Ninus, siue Niniue, opp. est Assyriæ. Ptol.
 Niniuitæ, populani in ea habitantes.
 6 Ninoë, vrbs Cariæ: alias Aphrodisios dicta. Steph.
 Ninius, fluvius est Cariæ. Plin. lib. 5.
 Ninius, filius fuit Beli, primus Assyriorum rex
 Niobe, filia Tantali, & soror Pelopis vxorq; Amphionis. Diod. Sicul. lib. 5.
 Niobe, filia Phoronei ex qua Iupiter Axim genuit.
 Niobe, fons est in Peloponneso. Plin. lib. 4. cap. 5.
 Niobæus, a. um. adiect. vt Proles Niobæa Horat.
 Niossum, opp. est Sarmatiæ in Europa. Ptol.
 Niphæus, nomen viri proprium ab equis interfecti. Ver. 10.
 Niphates, portio est montis Tauri.
 Niphates, ciuitas est & fluvius Armeniæ.
 Niphandra, ciuitas est Nediæ. Ptol.
 6 Nipsa, vrbs Thraciæ, cuius Nipseus. Steph.
 Nisæi, pop. sunt Thraciæ. Herod. lib. 4.
 Nisæus, rex fuit Naxi, Charopi & Aglaiæ filius.
 Nisa, ciuitas est Lyciæ. Ptol.
 6 Nisa, vrbs Hellados. Hom. lib. Iliad. 2.
 Nisæa, nauale Megaridis, à Niso Pandionis filio. Steph.
 Nisæus, mons in Media in quo equi pulcherrimi nascebatur.
 Niserga, ciuitas est Persidis regionis. Ptol.
 Nilia, montana regio iuxta Aetnam. Ouid.
 6 Nisibis, vrbs iuxta Tigrim fluvium sita Steph.
 6 Nisirij, pop. erant Cariæ sub Arthemisia.
 Nisines, pop. sunt Africæ propriæ dictæ. Ptol.
 Nisiros, insula parua est in ora Cariæ. Strabo. lib. 10. Vulg. Nisaro.
 6 Nisus, rex fuit Megariensium, pater Scyllæ. Ouid.
 Nisus item, Hirtaci filius indissolubili amicitia vinculo coniunctus Buryato. Verg. lib. 9.
 Nitria, ciuitas est Aegypti, vnde Nitrites nomos.
 6 Nitriotæ, pop. sunt Aegypti. Ptol.
 Niuaria, insula vna ex Fortunatis. Ptol. & Solin.

N ANTE O

- Nox, vrbs Siciliæ: gentile Noçus. Steph.
 Noas, flu. est Thraciæ regionis. Herod. lib. 4.
 Nobana, opp. est Hispaniæ. Liu. lib. 35.
 Nobila, opp. est Hispaniæ. Liu. lib. 35.
 Nozemis, pop. sunt Siciliæ insulæ. Plin.
 Nozga ciuitas est Asturum maritima. Pomp. lib. 3.
 Noëta, opp. est Galliciæ in Hispania. Plin. lib. 4.
 Noës, fluvius Thraciæ, in Istrum fluens. Hero. lib. 2.
 Nola, Colonia est Campaniæ in Italia. Ptol.
 Nolanus, a. um. siue Nolentis, à Nola ciuitate.
 Nolasena, ciuitas est Armeniæ minoris. Ptol.
 Nomades, pop. in Scythia Europæ sic dicti, quod pecuaria exercent. Strab. lib. 11.
 Nomades, po. Africæ in Numinia. Sol. cap. 39.

Nomades Numidæ, pop. sunt Numidæ. Plin. lib. 5.
 Nomades Indi, pop. sunt in India.
 Nomas, adis. prædictis pop. Verg. Hic Nomadum genus.
 Nomas, flu. est septentrionalis. Flacco.
 6 Nomba, vrbs Iudææ gentile Nombæus. Steph.
 6 Nomæi, pop. qui postea Scythæ dicti sunt. Steph.
 Nomentum, oppi. in Latio prope Roman, dictum à Nomen
 to conditore. Columell. Vulgo. Lamentana.
 Nomentana via, quæ ab vrbe tendit Nomentum.
 Nomentanus, a. um. res ad Nomentum pertinens.
 Nomisterium, opp. est in Germania. Ptol.
 Nona, vna ex Parcís. Gell. lib. 3. cap. 16.
 Nonacris, mons est Arcadiæ. Plin. lib. 4. cap. 6.
 Nonacrius, a. um. res ad hunc montem pertinens. Ouid.
 6 Nonacris, vrbs est Arcadiæ. Steph. ex Lycophrone.
 Nonagria, prfns dicebatur quæ postea Andros. Plin. Vulgo
 Andro.
 6 Nonymna, vrbs Siciliæ, cuius Nonymnæus. Steph.
 6 Nora, ciuitas est Sardinia, gentile Noranus. Steph.
 Norba Cæfareæ, Colónsa Lusitaniæ in Hispania. Ptol. Vulgo
 Alcántara.
 Norbenses, siue Norbani, ab hac Norba dicti.
 Norbe, opp. est Latij quod interiit. Plin. lib. 3. cap. 5.
 Noreia, opp. Tauriscorum in Gallia Cisalpina. Plin. lib. 3.
 cap. 19. Vulgo Goricia.
 Norenses, siue Noritani, pop. sunt Sardinia.
 Noricū, regio est in Europa prope Vindeliciā. Vulgo Stiria
 y Carinthia.
 Noricum, pleriq; Bauariā nunc dici volunt.
 Norici, pop. sunt eiusdem regionis.
 Norion, insula est vna ex Fortunatis. Solin.
 Noritani, pop. sunt Sardinia.
 Norme, toparchia est Iudææ Palestinæ.
 Nortmania, regio Gallia ultra Sequanam flumen.
 Nortuegia, regio Europæ septentrionalis. Vulgo. Noruega.
 Noscopium, opp. est Lycia. Plin. lib. 5. cap. 27.
 6 Nosora, insula rubri maris, insularis Nosotenus. St.
 6 Nostia, vicus Arcadiæ, alias Estiana, Steph.
 Noticornu, promon. Aegypti in sinu Barbarico.
 Notium, i. austrinum, promont. est Hiberniæ insule. Ptol. Vul.
 Cabo demar.
 Notium, opp. Ionæ, vbi Clarij Apollinis fanum.
 Notus, ventus meridionalis, Ausler dictus. Steph.
 Noua Augusta, ciuitas est Hispania. Ptol.
 Noua moenia, opp. est Sarmatiæ, in Europa. Hodie Albū cas-
 trum. Vulgo Vuyffenburg.
 Nouesium, opp. est Germaniæ, Ptol. Vulgo Nusen.
 Nouantum, peninsula est & promontorium Britaniæ. Ptol.
 Nouantum, aliqui legunt Nouacum, aliqui Nouantum.
 Nouale, siue Noua, ciuitas est Mysia inferioris.
 Nouaria, ciuitas est Insulæ trans Padum. Ptol. Vulgo.
 Nouara.
 Nouellius, Mediolanensis quidā Tricongius cognominat⁹,
 ob id quod tres vini congios vno impetu eportauerit.
 Nouenniæ, ciuitas Thraciæ, quæ Amphipolis.
 Nouiodunum, ciuitas est Pannoniæ superioris. Ptol.
 Nouiodunum, oppidum est Mysia inferioris non Nouiodu-
 num.
 Nouiodunum, opp. est Suesionum Cæsari. Vulgo. Noyon.
 Nouiodunum, opp. est Heduarū. Cæsa. lib. 7. belli Gall.
 Nouiodunum item, oppidum Biturigum Cæsa. lib. 7.
 Nouiomagus, opp. est Aquitaniæ. Ptol.
 Nouium, oppidū est Hispaniæ Tarraconensis. Pt. Vul. Noya.
 Nouius, flu. est Lybia interioris. Ptol.
 Nouius, flu. est Britannia. Ptol.
 Nouocomum, opp. est Italia. Plinij patria, vnde.
 Nouocomenses, a Nouocomo oppido dicti.
 Nouus portus, ponitur in Britannia. Ptol. Vulgo. Rey.
 N ANTE V.

N ANTE V.

Nubæ, pop. sunt Aetiopiæ Aegypti. Ptol.
 Nubi, pop. sunt Libyæ interioris. Ptol.
 Nubium, vicus est Iberiæ regionis. Ptol.
 Nuceria, ciuitas est Vubrorum. Ptol. Vul. Nocera cognomi-
 nata Alphathenia.
 Nuceria quoq; ciuitas est Apulorum. Ptol.
 Nuceria, colonia Picentorum in Italia. Ptol.
 Nuceria, ciuitas quoq; est Gallia Togate. Ptol.
 Nuceria, ciuitas est Gampanniæ. Plin. lib. 3. cap. 5.
 Nucerni, populi dicti ab his Nucerijs.
 Nucernus ager, abluente Sarno est in ora Capaniæ.
 Nuchul, fons est, vnde Nilus erumpit. Pomp. lib. 3.
 Nucranum, oppidum est Mysia inferioris. Pto. opinor legi.
 debere Niconium.
 Nuditatum, oppidum est Bætiæ. Plin. lib. 3. cap. 1.
 Nuegerta, oppidum est Gallia Belgicæ.
 Nuetini, pop. in Cambania à Tyberiad Sarnum. Cat.
 Nuidunum, oppidum Mysia inferioris. Pto. an Nouio dunum
 Numa Pompilius, vir Sabinus, secundus rex Romanorum à
 Romulo, iustitia & pietate Infamis,
 Numana, opp. est Piceni in Italia. Pomp. lib. 2.
 Numantia, ciuitas est Celtiberorum in Hispania. Ptol.
 Numantia, ciuitas est clarissima in Tarraconensi quæ uic est Cæ-
 sar agusta, alij vero. Soria.
 Numantini, populi sunt eiusdem ciuitatis incolæ.
 Numantinus, a. um. vt Bellum Numantinum.
 Numestrani, pop. sunt Lucaniæ in Italia. Plin.
 Numicius, flu. est Latij veteris. Seru.
 Numidia, regio est late patens in Africa. Ptol. El Reyno de
 Tunez.
 Numidia noua, distinguitur eidē a veteri. El Reyno de bugia
 Numidia, populi sunt vtriusq; Numidiæ
 Numidia, dicti sunt à dictione Nomades. Plin. lib. 5
 Numidicus linus, qui adiacet Numidiæ.
 Numistrum, oppidum Brutlorum mediterraneum. Ptol.
 Numitor, filius Procæ Albanorū regis, & Amulij frater,
 Romuli & Remi auus maternus.
 Nundina, Romanorum dea a nono nascētium die dicta, qui &
 Lustricus dies dicitur.
 Nursia, ciuitas est Vmbrorum. Vulgo. Norfa.
 Nursia, in quarta Italia regione Plinio ponitur.
 Nursia, à Vergilio frigida dicta.
 Nursini, pop. sunt Sabinorum in Italia. Plin. lib. 3.
 Nursinus, a. um. Mart. Nursinas poteris parcius esse rapas.
 Nurum, opp. Africa inter Bragadam & Tritonem.

N ANTE Y.

Nyctelius, dictus fuit Bacchus quod sacra eius noctu fierent.
 Nycteus, Neptuni fuit filius ex Celene Atlantis filia.
 Nyctimene, nomen puellæ quæ Nyctei filia fuit,
 Nyctilæia, sacrificianocturna quæ Baccho siebant.
 Nyctorix, regina Babiloniæ quæ post Semiramis sola regna-
 uit. Herod lib. 1.
 Nymphas, antiqui aquarum deas putabant, quasi lympharū
 numina. Interp. sponsa.
 Nymphæ quoq; dicuntur Musæ.
 Nympholepti, dicuntur quasi Nympharum spiritu correpti
 Nymphæa, insula iuxta Adriam vbi Calypso habitauit: gētile
 Nymphæus.
 Nymphæa, insula est adiacens Sardinia. Ptol.
 Nymphæa, insula dita est prius quæ postea Cos. Plin. Vulgo.
 Langō.
 Nymphæa, insula est prope Samum. Plin. lib. 5. cap. 13.
 Nymphæum, promontorium est Chalcidicæ regionis Macea-
 doniæ.
 Lymphæum, opp. est ad paludem Mæotidem. Ptol.
 Nymphæum, promont. est Liburnia. Plin. lib. 3. cap. 22.
 Nymphæus, portus est Sardinia insule. Ptol.
 Nymphæus, specus est in Scythia Europæ. Pom. lib. 2.

6 Nymphæus, fluius est Latij iuxta Velitras. Vulgo. Stora.
 6 Nymphas in arcadia est: gentile Nymphasius. Pausan. lib. 8.
 6 Nymphon, vir quidam Colophonius de quo. Cic.
 Nyrax, vrbs Celtica: gentile Nyracius. Steph.
 Nyfa, mulieris nomen apud Verg. Ecloga. 8.
 Nyfa, ciuitas Armeniæ minoris præfectura Muriana.
 Nyfa, oppidū Arabiæ in quo Bacchus educatus fuit a Nymphis. Luc.
 Nyfæus, a. u. Luc. Bacchumq; auertere Nyfia. Lucr. in qua Nyfæus Hydaspes.
 Nyfa, mons est & ciuitas in India. Strab. lib. 15.
 Nysij, populi Indorum, cognominati sunt a Nyfa.
 Nyfa, oppidum est Boeotiæ. Hom. 2. Iliad.
 6 Nyfa, ciuitas est Thraciæ. Steph.
 Nyfa, ciuitas in qua regnauit Nysus. Strab. Stat.
 Nyseides, a Nyfa Arabiæ. Oui. Nymphæ Nyseides antris.
 Nyfigena, qui in Nyfa natus est Catul.
 Nysea, ciuitas & emporium est Megaridis in Achaia.
 Nyfiada, insula quæ Naxos. Diod. Vul. Nicia.
 Nyfibus, ciuitas est Mesopotamiæ. Ptol. quæ in sacris literis dicitur Achar.
 Nyssa, oppidum est Carix. Ptol.

DE INCIPIENTIBVS A.
 litera. O.

6 **O**A, viuis Atticæ in Pandionide tribu. Steph.
 6 Oantis, vrbs Lydiæ. Steph.
 Oasis magna, & Oasis parua, vrbes sunt Aegypti. Ptol.
 Oastæ, populi Aegypti ab vtraq; dicti.
 Oaxis, fluius est Cretæ insulæ Verg.
 Oaxus, ciuitas est Cretæ insulæ. Herod.
 O ANTE B.
 Obera, ciuitas est Arabiæ desertæ. Ptol.
 Obana, ciuitas est in Assyria. Ptol.
 6 Obareni, pars Armeniæ, circa Cyrum fluium. Steph.
 Obila, ciuitas est Hispaniæ Lusitaniæ. Ptol.
 Obilæ, populi sunt Aegypti. Ptol.
 Oboca, fluius est Hyberniæ insulæ. Ptol.
 Obolium, oppidum est in Mysia.
 Obrapa, ciuitas est Arabiæ foelicis. Ptol.
 Obrica, oppidum est Bardulorum in Hispania.
 Obrima, fluius est in Mæandrum cadens. Plin. lib. 5.
 Obrincus, fluius est Galliæ Belgicæ. Ptol. Vul. Mosella.
 Obrius, fluius est prouinciæ Narbonensis. Plin. lib. 3.
 Oblicella, oppidum est Cantabriæ. Strab. lib. 3.
 Obucula, siue Obulco, oppidum est Bæticæ. Plin. lib. 3. Vul. Vbeda.
 Obulenij, populi sunt Mysiæ inferioris. Ptol.

O ANTE C.

Oca, ciuitas est Indorum. Strab. lib. 15.
 Ocalea, oppidum est Boeotiæ regionis. Strab. lib. 9.
 Ocanida, ciuitas est insulæ Arabiæ. Diod. lib. 6.
 Oceanus, fuit Cœli & Vestæ filius, Tethios coniux.
 Oceanitis, idis, dicitur filia Oceani. Verg. 4. Georg.
 6 Oceanus, a. nm. & Oceanides, patronymicum foemininū ad Oceanis.
 Oceanus, mare dicitur, quod vniuersam terram circuit, dicitur ab Ocys, quod est velox. Seru.
 Oceanus, septentrionalis, qui & Glacialis & Scythicus dicitur. Vulgo. Mar elado.
 Oceanus septentrionalis, a Cimbris Marimarusa dicitur.
 Oceanus & Cronios, id est Saturnus, & necros, id est mortuus dicitur.
 6 Oceanum, poëtæ, pro quocunq; mari vsurpant.
 Ocelis, oppidum est Arabiæ foelicis. Ptol.
 Ocellum, promontorium est Britannix. Ptol. Vul. Spron.
 Ocellum, oppidum est Hispaniæ Lusitaniæ. Ptolem. Vulgo. Otero del rey.

Ocelenses, populi sunt Lusitaniæ. Plin. lib. 4. cap. 22.
 Ocelenses alij, populi sunt iuxta Durium fluium.
 Ocelum, oppidum est alpium Cæsari. lib. 1. de bello Galico.
 Ocetis, insulæ est adiacens Britannix. Ptol.
 Ocha, mons est Eubœæ insulæ. Strab. lib. 10.
 Ochesus, Aetolorum dux, vir lōge præstantissimus in bello Troiano interemptus. Hom.
 Ochryi, populi sunt in Thessalia. Strab.
 Ochus, fluius est Bactrianorum. Plin. lib. 31. cap. 7.
 Ociroë, nympa Oceani & Tethyos filia. Heliod.
 Ochnus, filius Tyberis & Mātus Mantug conditor quæ Ver. Bianorum vocat.
 Ocnī, nomine, non tam significatur ignauus, quam laboriosus
 Oera, oppidum est Carnorum quod interiit.
 Oera, ciuitas est Italiæ. Strab. lib. 4.
 Oera, mons est vna ex tribus portionibus Alpium Sempron.
 Oericulum, ciuitas est Vilumbrorum. Pto. Vul. Vtricoli.
 Ocrinum, quod & Damonium, promontorium est Britannix Ptol. Vulgo Mons. S. Michaëlis.
 Octapitarum promontorium, est in Britannia. Ptol.
 Octauiā, gens a Veietris nomen accepit. Suet.
 Octauius, primus Cæsarum Aug. cognominatus est.
 Octauius Augustus, natus est M. Tul. Ciceroni, Cos.
 Octauius Manilius, cum quo A. Posthumius dictator bello Tusculano dimicauit. Cic.
 Octauius Balbus, iudex, homo & iuris & officij peritissimus.
 Octauius Marfus, sceleratus latro fuit. Cic.
 Q. Octauius, a Lucio Cinna suo collega interfectus.
 Octauius Auitus, & Poetelius Faustinus, furta Vergilij adnotarunt. Seru.
 Octauiæ, duæ portus Romæ appellabantur. Fest.
 Octauiæ porticus, prope theatrum Marcelli ab Octauiā sorore Augusti factæ.
 Octauiæ porticus, prope theatrum Pompei, quam fecit Cn. Octauius, Cn. filius. Fest.
 Octavianus, a. um. adiectiuum, vt Bellum Octavianum. Cicer.
 Octauiolea, ciuitas est in Hispania. Ptol.
 Octodurenses, populi sunt Alpini. Plin. lib. 3. cap. 20.
 6 Octodurum, Veragrorum, opp. Vulgo. S. Mauricio.
 Octodurū, vrbs Hispaniæ Tarraconensis. Ptole. alio nomine campus Gothorum. Vulg. Toro.
 Octopolis, ciuitas est Lyciæ. Ptol.
 Octulani, populi sunt in veteri Latio. Plin. lib. 3.
 Ocyalus, vnus Pæacum tempore Alcinoi regis. Hom. lib. 7. Odyss.
 Ocypete, vna est Harpyis, sic dicta quod alarum velocitate polleat.
 Ocyroë, Chironis Centauri fuit filia. Ouid.
 Ocyron, fluius est in finibus Arcadiæ.

O ANTE D.

Odesa, locus est prope oppidum Patras. Sol. cap. 14. aliqui legunt Scibessa.
 Odessus, oppidum Thraciæ. Stra. lib. 7.
 6 Odytes, vnus ex Centauris Ixionis & Nubis filius.
 6 Odympolis, regio Heracleæ, iuxta pontum. Steph.
 Odius, Halizonum dux, quem Agamemon interfecit Homer Iliud. 5.
 Odogana, ciuitas est Arabiæ desertæ. Ptol.
 Odogra, ciuitas est Cappadociæ. Ptol.
 Odomantes, pop. sunt Thraciæ. Plin. lib. 4. cap. 11.
 6 Odone, pop. Thraciæ Medis vicini. Steph.
 Odrangidæ, pop. sunt Libyæ interioris. Ptol.
 Odrisæ, pop. sunt Thraciæ. Plin. lib. 4. cap. 11.
 Odrysius, a. um. Mart. victor ad Odrytio redditur orbe deus
 Odysea, siue Vlysea, promontorium est Siciliæ. Ptol. Vulg. puerto de palo.
 Odysea, opus insigne Homeri de Vlyssis vita & erroribus.
 Odyssus, ciuitas est Mysiæ inferiori. Ptol.
 Odytes, vnus e Centauris Ixionis & Nubis filius.

O ANTE E

Oca, ciuitas insignis Africæ, vnde Oensis.
 Oca, vna fuit ex tribus quæ Tripolim Africanam fecerunt.
 Solin.
 Oenses, pop. sunt Africæ inter duas Syrtes.
 Oeagrus, fluius est Thraciæ, pater Orphei vatis, vnde Her-
 brus nascitur. Seru. vnde.
 Oeagrius. a. um. Virgil. Gurgite cum medio portas Oeagri-
 us, Hebrus.
 Oeanthe, oppidum est Locrorum Ozolarum. Plin. lib. 4. ca. 5.
 Oeaso, duplex, ponitua in Hispania. Ptol.
 Oebades, Darij stabularius, cuius industria ipse Darius Persa-
 rum regnum adeptus est. Herod.
 Oebalia, dicitur Tarentum, quod Lacones in Italia duces
 phalantho condidere. Vul. Taranto.
 Oebalia, Laconia dicta est ab Oebalo Tyndari patre.
 Oebaliæ matres, non leue nomen habent. i. Italicæ.
 Oebalius. a. um. pro Laconicus ab Oebalia. Mart.
 Oebalius, phœbi culpa dolorque puer. Auso. Oebalius flos.
 Oebalides Hyacinthus. Ouid. Laboris Oebalide prima frau-
 date iuuenta.
 Oebalides. i. Castor vel pollux, Oebalis. i. Helena.
 Oebalus, Argulij filius, rex Laconia, à quo Oebalia.
 Oebalus, Telonis stregis Caprearum insulæ prope Neapolim
 filius, & nymphæ Sebethidis. Seru.
 Oechaleus, fluius qui Oechaliam præterfluit. Hom.
 Oechalia, pars Laconia propinqua Thessalia, à qua
 Oechalia, oppidum Messenia in Peloponneso. Stra.
 Oechalia altera, oppidum in Eubœa insula.
 Oecyrines, vir Argiuis, qui donabit Agamemnonem thorace
 pulcherrimo. Hom. Iliad. lib. 11.
 Oedipodia, fons est Bœotia. Plin. lib. 4. cap. 7.
 Oedipus, odidis filius Laij Thebanorum regis & Iocasta.
 Oedipodionius. a. um. adiectiuum ab Oedipo. Ouid.
 Oedipodionia, quid sunt nisi nomina Theba.
 Oemada, pop. sunt in Thessalia. Strab.
 Oenades, pop. sunt India. Strab.
 Oengi, pop. sunt Liburnia. Plin. lib. 3. cap. 22.
 Oenanthia, ciuitas est Sarmaticæ Asiaticæ. Ptol.
 Oenare, insula est contra Ephesum. Plin. lib. 5. cap. 31.
 Oeneanda, siue Oena, oppidum est Lycia. Pto.
 Oeneus, Calydonia rex, & Deianira pater.
 Oeniada, pop. fuerunt in Acarnania.
 Oenoa, oppidum fuit in Attica regione. Plin. lib. 4. ca. 7.
 Oenoa, ciuitas est Laconia in Peloponneso. Stra. li. 8.
 Oenoa, insula vna Cycladum quæ postea Sicinus dicta. Vulg.
 Sifano.
 Oenochema, mons est in finibus Africæ.
 Oenochonus, fluius Thessalia in Peneum defluens.
 6 Oenoë, vna ex duabus urbibus Icaria, gentile Oenoëus.
 Steph.
 Oenomaus, rex fuit Blidis & pater Hippodamia, qui vicus
 a Pelope regnum amittit.
 Oenone, insula prius dicta quæ postea Aegina. Vulg. Legina.
 Oenone, nympa in Ida monte a Parida adamata.
 Oenopi. pop. sunt Italia. Strab.
 Oenopia, insula est quæ alio nomine Aegina dicitur. Vulgo
 Legina.
 Oenopius. a. um. adiectiuum, vt, Muri Oenopij. Ouid.
 Oenopides, nomen viri mathematici ex Chio insula.
 Oenops, vir Peloponnesus apud Homerum.
 Oenotria, quodam dicta est pars Itraliæ.
 Oenotrij, pop. fuerunt illius regionis.
 Oenotrius. a. um. Sil. Patiturque ferox Oenotria fura Carp-
 thago.
 Oenotrides, dicte sunt duæ insulæ, quæ sunt contra Veliam,
 Pontia. scilicet & Ifacia. Plin.
 Oenunia, ciuitas est Parthia regionis. Ptol.
 Oenussa, insulæ tres in sinu Aluxeo. Plin. lib. 4. cap. 12.
 Oenussa, insula est prope Chion insulam. Plin. lib. 5.

6 Oeon, vicus est in tribu Leontida. Steph.
 6 Oeos, opp. Tegeæ, ciues Oeate. Steph.
 Oeroë, insula est Asopi filia. Herod. lib. 9.
 Oescus, ciuitas est milia inferioris. Ptol.
 Oescus, ciuitas est Dacia. Ptol.
 Oesporis, vicus est ad Syrtim magnam. Ptol.
 Oestros, flu. est Pamphylia regionis. Pom.
 Oesyra, siue Aesyra, ciuitas est Thraciæ. Pomp.
 Oeta, mons inter Thessalia & Macedoniam. Plin. lib. 25.
 cap. 5. in quo Hercules seipsum combussit.
 Oeta, mons est Daridos. Plin. lib. 4. cap. 27.
 Oetia, pop. sunt eius montis aecolæ.
 Oetæus. a. um. adiect. Ouid. Oetæus spernente flammis.
 Oetæus, sinus est Bœotia in Achaia. Ptol.
 Oethymi, pop. sunt iuxta pontum. Perott.
 Oetoscuros, lingua Scythica Apollo dicebatur.
 Oetus, frater Ephialtis gigantis, filius Alci. Ver.
 6 Oetylus, vrbs Laconia, ab Oetylo heroe. Steph.
 6 Oeuralius, mons est Gallia Celtica.
 6 Oezenis, vrbs Ponti, quæ deinde Trapezus dicta est & teph.

O ANTE F

Ofentina tribus, ab ofente fluio, dicta est. Fest.
 Ofentina, ab Ofente dicitur. Fest.

O ANTE G

Ogdolapis, flu. nauigabilis ex Alpibus fluens. Strab.
 Ogdous, Aegypti rex Vchoreus cognominatus. Dio.
 Oglasa insula est in mari Ligustico contra Corlicam. Plin.
 Oglamus, mons est Aegypti. Ptol.
 Ogyges, rex fuit Thebanorum, sub quo primū fuit diluuium
 Varro in prologo. 3. lib. de re Rust.
 Ogygius. a. um. adiect. vt Ogygia moenia. i. Thebana.
 Ogygia, insula est contra Lactium promont. Plin.
 Ogygia, insula quæ & Calypsus ubi regnavit Calypso.
 Ogygianum, vna ex 4. colonis quas Ianus posuit in mediter-
 raneis Italia. quam.
 Ogygianū a suo nomine vocauit, nam Ianus Ogygius patria
 Phœnix fuit.
 Ogygiana regio, inter Senas & Aretium, vbi.
 Ogygianū, opp. quod Vulg. abscissa prima litera Gigianum
 dicitur.
 6 Ogylus, insula inter Peloponnesum & Cretam: gentile Ogy-
 lius. Steph.
 Ogyris, insula est Arabia foelicis. Plin. lib. 6. & Pomp.

O ANTE I

Oicles, filius, fuit Antiphatis, filij Melampi. Hom.
 Oileus, Locrorum rex & pater Aiakis Oilei. Verg.

O ANTE L

Olane, quod postea Volane, ostium vnum Padi fluminis.
 Olapia, ciuitas est Arabia foelicis. Ptol.
 Olarso, opp. est Hispania prope Bardulos. Plin. lib. 4. Vulgo
 Oyarço.
 Olbasa, ciuitas est Cilicia mediterranea. Ptol.
 Olbasa, ciuitas est pilidia in Pamphylia. Ptol.
 Olbasa, quoque ciuitas est Cappadocia. Ptol.
 6 Olbelus, vrbs Macedonia: gentile Olbelius. Steph.
 6 Olbi, vrbs Aegypti iuxta Lybyam: gentile Olbia. Steph.
 Olbia, ciuitas est prouinciae Narbonensis. Pompo. Vulgo
 Eres.
 Olbia, siue Olbiopolis, ciuitas est prope Boristhenem.
 Olbia quoque opp. est Ponti. Strab. Vul. Verlia.
 Olbia, ciuitas est ora maritima Pamphylia. Ptol.
 Olbia, ciuitas est Sardinia insula. Ptol. vnde.
 Olbianus portus, in eadem Sardinia. Ptol.
 6 Olbylij, pop. circa columnas Herculis. Steph.
 Olcachites sinus in numidia. Ptol. Vulgo Alcon.
 Olcades, populi sunt Hispania. Livio. Poblacion en aquellas
 comarcas donde agora hallamos la villa de Ocaña del
 reyno de Toledo.
 Olchinium, quod prius Colchinium, opp. Liburnia.
 Olcaros, insula vna ex Cycladibus. Ptol.

Oleastrum, promont. est Mauritanæ Tingetanæ.
 Oleastrum, opp. est Bæticæ conuentus Gaditani. Plin.
 Oleastrum, lucus est post Gaditanum. Pomp. lib. 3. cap. 1.
 Oleastrum, non Oleatrum legendum est. Pom. Anton. et alijs
 vetustiss.
 Olenus, vir fuit qui Letheam duxit uxorem. Ovi. lib. 10.
 Olenus, ciuitas est Tectofagarum in Galatia. Ptol.
 Olenus, oppidum in Aetolia iuxta quod fuit aper Calydoni?
 Olenus, opp. est in Achaia propria dicta. Ptol.
 Olenus, Bæoticæ vrbs sic dicta ab Oleno Vulcani filio.
 Olenus. a. um. possess. ab oleno, vt, Capella Olenia. Ovi.
 6 Olerus, vrbs Cretæ in alto loco sita, vltra Hierapitnā. Steph.
 Hinc Minerua Oleria.
 6 Olganus, filius Beretis Macedonis. Steph.
 6 Olios, insula in mari Aegæo, vna Cycladum. Verg.
 Oliba, ciuitas Hispaniæ Tarraconensis. Pto. Vul. Olic.
 Olibano, ciuitas est Armeniæ.
 Olfana, ciuitas est Britannicæ. Ptol.
 Olfina, flu. est Galliæ lugdunensis. Ptol.
 6 Olina, vrbs iuxta Caspium mare: gentile Olineus. Steph.
 Olingi opp. est Bæticæ. Pomp. lib. 3. cap. 1.
 Olliculani, pop. in oppido Latij quod interijt. Plin.
 Ollius, fluuius est in padum defluens. Plin. lib. 3. Vul. Oglio.
 Olme, siue Olmos, opp. est Cilicicæ. Plin. lib. 5.
 6 Olobagra, vrbs Macedoniæ gentile Olobagrus. Steph.
 Oloëssa prius dicta, quæ postea Rhodus. Plin.
 Olonde, pop. sunt Sarmatiæ Asiaticæ. Ptol.
 Olooson, ciuitas est Thessaliæ. Strab. lib. 9.
 Olophyxus, vrbs est iuxta Athon montem. Hero. lib. 7.
 Olpe, castellum Acarnanum: qui in habitat Olpeus. Steph.
 Olulis, opp. est Siciliæ insulæ. Ptol.
 Olulis alia, ciuitas est Cretæ insulæ. Ptol.
 6 Olympia, vrbs erat inter Ossam & Olympum montem. Ste.
 6 Olympia hæc, dicitur Arpina a matre Oenomai. Ste.
 6 Olycræ, vrbs circa Naupactum, gentile Olicæus. St.
 6 Olympæ, vrbs Illiriæ, gentile Olympæus. Ste.
 Olympia, orum. ludi in honorem Iouis Olympici, vnde
 Olympiacus. a. um. vt. Olympiaca victoria. Stra. lib. 8.
 6 Olympicus, q̄ est Olympi, vt, Iupiter Olympicus.
 Olympionices, qui in Olympiaco certamine victor, euasit.
 nunc quippe victoria dicitur.
 Olympias, mulieris proprium matris Alexandri Mag.
 Olympias, ventus in Eubœa flans. Plin. lib. 1 & ca. 24.
 Olympieum, locus in Delo, gentile Olympicus. Steph.
 Olympiodorus, viri proprium, qui docuit Epaminundā can-
 tare tibijs.
 Olympiodorus alius, commentarfa scripsit in Ecclesiasten.
 Olympius, Mysius tibicen & poëta Melicus. Suid.
 Olympius, alius Phryx, tibicen tempore Midæ regis. Suid.
 Olympius Nemesianus, scripsit Halientica & alia. Vo.
 Olympius, præsul natione Hispanus, inter Ecclesiasticos scri-
 ptores a Gennadio connumeratur.
 Olympius, item vnus fuit hexarcorum Italiæ.
 Olympi, plures montes fuerunt in Varijs locis.
 Olymp⁹, Græce dicitur mōs omnis regionis altior Xenoph.
 in æquiocis.
 Olympus, dictus est quasi Ololampos, id est totus splendens,
 quia nullis vnquam nubibus fuscatur.
 Olympus, mons est in Thessalia omnibus.
 Olympus mons, Macedoniam diuidit a Thracia. Hig.
 Olympus, mons est Gallogræciæ. Tortell.
 Olympus, mons est ad mare rubrum in Aethiopia.
 Olympus, mons in Mysia, ad cuius radices Prusa ab Anniba-
 le condita.
 6 Olympenus. a. um. ab Olympo Mysiæ monte. Steph.
 Olympus mons est in Peloponneso. Strab. lib. 8.
 Olympus, mons est in Cypro insula. Strab. lib. 14.
 Olympus, mons est in Lesbo insula. Plin. lib. 5. cap. 3. 1.
 Olympus mons est Asiæ propriæ dicte.
 Olympini, pop. sunt Asiæ.

Olympus, mons est in Lycia. Plin. lib. 21. cap. 6.
 Olympus quoq; ciuitas est in Licia. Strab. lib. 14.
 Olympicus. a. um. quod ad Olympum spectat.
 Olynthus, ciuitas est Thraciæ iuxta Atticam regionem.
 Olyra ciuitas est Messeniæ in Peloponneso Strab.
 Olyras, flu. est Bæoticæ ad Thermopylas. Strab. lib. 9.
 Olyssa, ciuitas est Cretæ insulæ. Strab. lib. 10.
 Olyssippo, opp. est celeberrimum Lusitaniæ. Vnl. Lixboa.
 Olyssiponenis. e. res ad Olyssipponem pertinens.
 Olyssipponense promont. est quod Artabrum dicitur Vulgo.
 S. Maria Finisterre.

O ANTE M.

Omanitæ, pop. sunt Arabiæ foelicis. Ptol.
 Omanum, emporium est Arabiæ foelicis. Ptol.
 6 Omarium, vrbs Thessaliæ, gentile Omarius. Steph.
 Ombites nomos. præfectura est Aegypti. Plin. li. 5. ca. 9.
 Ombrea ciuitas est Mesopotamiæ. Ptol.
 Ombri, est in Aegypto. Ptol.
 Ombrici, & ombricorū regio, ex qua Carmis fluuius oritur.
 Ombriona, insula est vna ex Canarijs. Sol. cap. 70.
 Ombrones, pop. sunt Sarmatiæ in Europa. Ptol.
 6 Omphace, vrbs Siciliæ, gentile Omphaceus. Steph.
 Omphale, regina Lydiæ cui Hercules serouit. Don.
 Omphalium ciuitas est Chaonum in Epiro. Ptol.

O ANTE N.

6 Onceæ, portæ Thebarum, nam Onca secundum Phœnicem
 Minerua est. Steph.
 6 Onceum, parua regio Arcadiæ, ab Onco. Steph.
 Onchesmus, portus est in Epiro. Ptol. Vul. Santiquaranta.
 6 Onchestus, filius fuit Neptuni. Meleagri pater.
 Onchestus, opp. est Bæoticæ. Hom. 2. Iliad.
 Onçum, opp. est Dalmatiæ. Pto. Vul. Cabo Cumano.
 Onenses, pop. sunt Hispaniæ citerioris. Plin. lib. 3. cap. 3.
 Onesicritus, philosophus & historicus Aeginensis.
 Onesi, pop. sunt Galiciæ Aquitanicæ. Stra. lib. 2.
 Onelinus, Cyprus scriptor, tempore constantini Magni.
 Onias, siue Nias, flu. Libyæ interioris. Ptol.
 Oni, ciuitas est Aegypti. Ptol.
 Oningis, opp. est Bæticæ. Plin. lib. 3. cap. 1.
 Onisa, insula contra Itanum Cretæ promont. Plin.
 Onaba, opp. est Bælicæ. Plin. lib. 3. cap. 1. & Pom.
 Onabalisturia, opp. est Bæticæ post Anç flu. ostium. Pto. Vul.
 Gibræon.
 Onochonus, flu. est Thessaliæ. Herod. lib. 7.
 6 Onoci, populi sunt in Attica regione. Strab.
 Onthyriion, vrbs Thessaliæ, iuxta Arnen. Steph.
 Onugnatos. i. maxilla asini, promont. est in Pelopon.
 Onugnatos quoq; opp. est Asiæ propriæ. Ptol.
 Onuphis, ciuitas est in Aegypto. Ptol. vnde.
 Onuphites nomos, præfectura eiusdem ciuitatis.
 Onus, insula est quæ Heratia dicta. Plin. lib. 2. cap. 1. 2.
 6 Onychion, locus Cretæ, ab vngue anchoræ in eum infixæ, cū
 Amicliæ coloniam misissent. Steph.
 Onytes, viri proprium. Seru. in Verg. lib. 1. 2. Aencid.

O ANTE O

Oonæ, insulæ in Oceano septentrionali. Plin. lib. 4. cap. 1. 3.

O ANTE P.

6 Opalia, dies festus, Opi deæ dicatur.
 Opefos, pro odesos. Ouid. in Metamorph.
 Opharus, flu. est apud cantabros.
 Opheltus, filius fuit Lycurgi a serpente necatus.
 Ophiades, insula ad sinum Arabicum. Stra. li. 1. 6. & Hero.
 6 Ophineus, Messeniorm vates fuit.
 Ophiogenæ, populi sunt iuxta Helespontum. Plin. li. 7. ca. 2.
 Ophion, vnus sociorum Cadmi, ex ijs qui e serpentinis denti-
 bus nati fuerunt.
 Ophion alius, Oceani filius, quem Saturnus fugauit.
 Ophiophagi. i. serpentibus victitantes, in arabia populi. Pto.
 Ophitæ, quidam heretici, sic a serpente quæ adorabant dici,
 quem Christum arbitrabantur.

- 6 Ophiuchus, serpentarius quo nomine dicitur Hercules quod anguem manu tenens, à Ioue in cœlum traslatus sit.
- 6 Ophiuchum, alijs Aesculapium, alijs Canobonta Getarum regem, alijs Phorbantem æstimant.
- Ophiusa, insula est quæ postea dicitur Rhodus. Plin. lib. 5. ca. 31. Vulgo Rodas.
- Ophiusa, insula adiacens Balearibus quæ & Colubraria. Vulgo Dragonera.
- Ophiusa, prius dicitur quæ postea Tenos. Plin. lib. 4. Vulgo Tine.
- 6 Ophiusa, prius dicitur quæ postea Cythnus. Vulgo Sitino.
- Ophiusa, insula est non longe à creta. Plin. lib. 4.
- Ophiusa, opp. est ad Istrum, quod postea Tyra. Plin.
- Ophiusa, ciuitas est Hispaniæ.
- Ophiusa ad Pontum. Flac. Gelidis pollens Ophiusa venenis.
- Ophiusus. a. um. Ouid. Ophiusiæq; arua parabat. &c.
- Ophiones, pop. sunt Sarmatiæ in Europa. Ptol.
- 6 Ophthis, vrbs Libyæ Aegypto adiacens. Steph.
- Opici, pop. sunt in Sarmatia Europæa.
- 6 Opix, pop. iuxta Indum fluuium. Steph.
- Opimia Basilica, Romæ prope senaculum Græcostasin & ædem Concordiæ. Fest.
- Opinum, opp. est Corsicæ insulæ. Ptol.
- Opini, pop. sunt Corsicæ insulæ. Ptol.
- Opis, ciuitas est iuxta quam Tigris profluit. Her. lib. 1.
- Opis, nymphe comes Dianæ. Verg. lib. 1. 1.
- Opisina, ciuitas est Thraciæ. Ptol.
- Opitergium, opp. est Venetiæ regionis. Plin. lib. 3. Vulgo Oderzo.
- Opitergini, montes ab Opitergio dicitur. Plin. lib. 3. 1. 2.
- Opitergini, pop. sunt Transpadani. Floro.
- Opiterginus. a. um. adiect. vt Opitergina ratis. Quint.
- Opites, Argiui proprium quem Hector interfecit Homer.
- Opitulus, dicitur est Iupiter, quali opis lator. Fest.
- Opius, ciuitas est Cappadociæ. Ptol.
- Opois, entis. opp. est Locrensiū. Hom. 2. Iliad.
- Opon, promont. Cretæ in occidentem vergens.
- Opone, emporium est in sinu Barbarico. Ptol.
- Opotos, opp. est regionis Decapoleos. Plin. lib. 5.
- Oppia, virgo Vestalis, quæ conuicta stupri viua defossa fuit. Liu. lib. 2. hanc Opimiam vocat.
- Oppianus, poëta fuit ex Zerbo Ciliciæ oppido. Sui.
- Oppidium, opp. est Mauritanæ Cæsariensis. Ptol.
- Oppinum, opp. est Mauritanæ Tingitanicæ. Ptol.
- Ops, filia Cœli ex Vesta, soror vxoris Saturni. Ser.
- Opus, untis. opp. Heladis in Achaia. Ouid. Patroclus Cypunta reliquit.
- 6 Opus. untis. ciuitas in Locris Epicnemidijs.
- Opūtij, populi sunt Achaia.
- Opuntius. a. um. ab Opunte, Horat. Dicit Opuntia frater Megellæ.
- Opuntius sinus, ab Opunte cognominatus.

O ANTE R.

- Orapachitis, regio est Assyriæ. Ptol. Melius Arrapachitis.
- Oratelli, pop. sunt Alpini. Plin. lib. 3. cap. 20.
- 6 Oratha, vrbs Messenes, gentile Orathenus. Steph.
- Orbadaru, ciuitas est Aethiopiæ Aegypti. Ptol.
- Orballfena, regio septentrionalis Armeniæ minoris.
- Orbanassa, ciuitas est Pisidiæ in Pamphylia. Ptol.
- Orbelus, mons est Mysiæ superioris. Ptol.
- Orbelus, mons quoque est Thraciæ. Ptol.
- Orbelus, mons est Pæoniæ. Herod. lib. 5.
- Orbilla, regio est Macedoniæ ab Orbelo monte. Plin.
- Orbilius Beneuentanus grammat. tempore Ciceronis.
- Orbisena, regio est minoris Armeniæ. Ptol.
- Orbita, opp. est Africæ sub Adrimytto. Ptol.
- Orbitæ, pop. sunt Siciliæ insulæ. Ptol.
- Orcelis, opp. est Hispaniæ. Ptol. Vulgo Origuela.
- Orcelis altera, ciuitas est in Thracia. Ptol.
- Orchas, adis. promont. est Britannicæ. Ptol.

- Orchades, insulæ septentrionales vltra Britanniam. Pomp. Vulgo Orcknes.
- Orchades, sunt, 30: quæ hodie regi Scotorum parent, nō longe ab insula Thulæ.
- Orchamus, rex Assyriorum, qui Leucoteam filiam ab Apolline vitiatam viam defodit. Ouid. lib. 4.
- 6 Orcheni, pop. sunt Arabiæ desertæ. Ptol.
- Orchimus, filiam habuit Cydippen. Steph.
- Orchoa, ciuitas est Babiloniæ. Ptol.
- Orchomenus, ciuitas mediter. Bœotiæ in Achaia. Ptol.
- Orchomenus, opp. est Arcadiæ. Plin. lib. 4. cap. 6.
- Orchomenus, flu. est Tessaliæ. Plin. lib. 4. cap. 8.
- Orchomenus, Eubœæ vrbs, & Cycladum vna in Aegæo, in qua Titani regnasse dicuntur.
- Orcus, nomen est fluuij inferorum.
- 6 Orca fluij, sanctiss. olim erat iusiurandum. Hom.
- Orcynius, mons est Lesbi insulæ. Herm. in. Plin.
- Ordesus, flu. est Scythiæ in Istrum defluens. Hero.
- Ordesus, portus est Sarmatiæ in Europa.
- Ordoluce, po. sunt in Anglia arduis montibus proximi. Tacit. Pueblo en el qual esta oy la villa de Berni quæ Latine Bernicum.
- Orduces, pop. sunt Britanniæ. Ptol.
- Orduinus, mons est Lesbi insulæ. Plin. lib. 5. cap. 31.
- Oreades, nymphe sunt montium. Strab. lib. 10.
- Oreates, siue Oroates, portio est Tauri montis.
- Oreges, portio est eiusdem montis Tauri. Plin. lib. 5.
- Oreni, pop. Celtiberis proximi ab Austro.
- Orestrophus, nomen canis venatici, apud. Ouid.
- Orestes, filius fuit Agamemnonis & Clytemnestræ.
- Orestes. a. um. adiect. v. Orestea dea. i. Diana.
- Orestis, idis. regio est Macedoniæ. Ptol.
- Orestæ, arum. pop. sunt Macedoniæ.
- Orestæ, pop. sunt Indorum, quos ad bellum euile venisse Lucanus dicit. lib. 3.
- 6 Oresthalion, vrbs Arcadiæ, ab orestheo Lycaonis filio. Steph.
- Oretani, pop. sunt Hispaniæ citerioris. Ptol.
- Oretani Germani, Oretani Bastuli, pop. vtriusq; conuentus Carthaginensis. Plin. lib. 3. cap. 3.
- Oretus, Siciliæ flu. apud Panormum. Vuigo. Miralla.
- Oreum, opp. est Eubœæ insulæ. Plin. lib. 4. capit. 1. 2. Vulgo Loreo.
- Oreus, dicitur est Bacchus, a montibus in quibus ei sacrificia fieri solebant. Fest.
- Orga, flu. est in Marlyam amnem cadens. Strab. lib. 1. 2.
- 6 Orgalema, vrbs iuxta Istrum, gentile Orgalemus. Steph.
- Orgia, ciuitas est Hispaniæ. Ptol.
- Orgia, Græcis omnia sacra, sicut Latinis ceremoniæ dicuntur.
- Orgocini, pop. sunt Tauricæ regionis. Plin. lib. 4.
- Orgomene, vrbs Illyriæ, gentile Orgomeneus. Steph.
- Orgos, siue Orgonnesos, insula est adiacens Italiæ.
- Oribasius, Sardinianus medicus fuit Iuliano principi familiaris, scripsit libros medicinæ. 7. 2. Suid.
- Oribasius, nomen canis apud Ouid. lib. 3. Metam.
- Oricum, ciuitas est Chaoniæ regionis Epiri. Ptol.
- Oricus. a. um. Verg. Inclusum buxo, aut Oricia terebintho.
- Origenes siue Origeni, pop. sunt Gallici. Plin.
- Origenes, nomen proprium scriptoris Ecclesiastici.
- Origiacum, ciuitas est Atrebatum Gallicæ Belgicæ.
- Orinus, flu. est Siciliæ insulæ. Ptol.
- Orion, viri proprium, quasi Vriion, quem poëtæ fabulatur ex vrina Iouis, Neptuni ac Mercurij genitum.
- 6 Orissa, vrbs Iberiæ, gentile Ortanus. Steph.
- Oritæ, pop. sunt Indiæ liberi. Strab. lib. 1. 5.
- Oritanum, opp. est Eubœæ. Plin. lib. 4. cap. 1. 2.
- Orithia, nymphe quasi hortans ad cursum dicitur.
- Orithia, filia fuit Ericthei Athenarum regis, vxor Boreæ, qui Pandionem in regno successit.
- Orithia, item regina fuit Amazonum. Iust. lib. 2.
- Oriza, ciuitas est Palmyrenæ regionis in Siria. Ptol.

Ormenius, Magnesiæ ciuitas. Plin. lib. 5.
 Ormius, flu. est Asiæ propriæ dictæ.
 Ornea, sacra erant Priapi, quem Corinthij Ornetum vocas-
 bant.
 Orneæ, opp. fuit Peloponnesi. Strab. lib. 8.
 Orneon, insula est in sinu Arabico. Ptol.
 Orneus, vnus e Centauris, Ixionis & Nubis filius.
 Ornithon, opp. est Phœnicis regionis. Plin. lib. 3.
 Ornithiæ, venti sunt septentrionales. Columell.
 Oroandes, vnus ex colliculis Imai. Plin. lib. 5. cap. 27.
 Oroates, flu. est Susianæ regionis. Stra. lib. 15.
 Oroba, nomen duarum ciuitatum in Assyria. Ptol.
 Orobellus, mons Macedoniæ an Orbelus.
 Orœbius, flu. est Prouinciæ Narbonensis. Ptol.
 Orocana ciuitas est Mediæ. Ptol.
 Orodes, Rex Parthorum, qui Crasum Romanum cepit & occi-
 dit. Plutarch. in Crasso.
 Orodes, viri proprium à Mezentio interfecti. Verg.
 Oroetes, vir Persa & sardium præfectus. Herod. lib. 3.
 Oromandrus, ciuitas est Armeniæ minoris. Ptol.
 Oromenus, mons est Indorum. Plin. lib. 3. cap. 7.
 Oronda, opp. Pisidiæ in Cilicia. Plin.
 Orondici, pop. sunt Galatiæ. Ptol.
 Orongis, opp. est Hispaniæ. Liui. lib. 28.
 Orontes, Vir Troianus qui Troia capta cum Aenea in Italiã
 nauigans naufragium fecit. Verg.
 Orontes, fluuius est Syriæ Anthiochenæ. Ptolemæus Vulg.
 Tarfaro.
 Orontes, quoq; mons est Mediæ. Ptol.
 Orôtheus, a. um. Prop. Aut quid Orontea crines perfundere
 myrrha.
 6 Oropæ, Bubœæ ciuitas Apollinis templo clariss. Steph.
 Oropus, ciuitas est in confinio. Bœotiæ & africæ. Plin.
 Oropitæ, pop. sunt Achaiæ ab Oropo vrbe.
 Oropus, quoq; Oropitum, & per syncopeam Orpium dicitur.
 6 Oropus, vrbs est Macedoniæ, patria Seleuci Nicanoris, Alia
 Syriæ iuxta Amphipolium, alia in Thesprotia. Steph.
 Orbium, p. mutata in b. protulit rex Deliderius in decreto
 exciso in lapide Io. An. Vulgo. Orueto.
 Oropitæ, Italiam coluere Myrtilo de bello Pelasgico.
 6 Orosines, flu. est Thraciæ. Plin. lib. 4. cap. 11.
 Orospeida, mons est Hispaniæ. Vul. Sierra de Granada.
 Oroestane, ciuitas est Bubœæ insulæ.
 Orphes, pop. sunt Libyæ interioris. Ptol.
 Orpheus, poëta Thrax, Apollinis & Caliope filius.
 Orpheus alius, quem Colchos nabigasse ferunt.
 Orpheus, a. um. adiect. idem quod Thracius.
 Orphæus, equus Plitonis à tenebris nomen habens.
 Orchea, ciuitas est Britannæ insulæ. Ptol.
 Orchea, ciuitas est Myliæ superioris. Ptol.
 Orsara, ciuitas est Armeniæ minoris. Ptol.
 Orsena, regio est Armeniæ minoris. Ptol.
 Orsilochus, filius fuit Idomeni, ab Vlisse interfectus.
 Orta, opp. est Hispaniæ Bæticæ. Plin.
 Ortagea, quæ postea Maronea, ciuitas est Thraciæ.
 Orthe, opp. est Magnesiæ. Plin. lib. 4. cap. 9.
 Ortheaga, ciuitas est Mesopotamiæ. Ptol.
 Orthocoribantes, pop. Asiæ Dario tributarij. Her. li. 3.
 Ortholeutheros, oppidum Phœnicis pro Orthosia. Eleu-
 theros
 Orthonium, opp. est Ithaliæ, vnde Orthoniensis.
 Orthosia, ciuitas est Syriæ Phœnicis. Vul. Tortosa.
 Orthosias, ciuitas est Cariæ. Ptol.
 Ortho, opp. est Latij. Plin. Vulgo. Ortona.
 Ortopula, opp. est in Illyrico. Plin. lib. 3. cap.
 Ortygia, insula prius dicta quæ postea Delos. Vulg. Sdiles.
 Ortygia, insula adiacens Syraculis in Sicilia. Verg.
 Ortygia, ciuitas prius dicta quæ postea Ephesus. Plin. Vulg.
 Foglie.
 Orubium, opp. Hispaniæ Tarraconensis. Ptol.

Osa, Hieronymo ciuitas est in Aegypto.
 Osca, ciuitas est Hispaniæ ceterioris. Vulgo. Huesca.
 Osca alia, ciuitas est Bæticæ in Hispania. Ptol.
 Osca, quæ postea Capua, Colonia Campaniæ in Italia Semp.
 Vulgo. Capua.
 Oscenses, populi sunt vtriusq; Oscæ.
 Oscella, vrbs in Cotijs Leopontiorum Alpibus in Italia.
 Oscii, populi antiqui fuerunt in Latio.
 Oscii, vt quibusdam placet ab oris foeditate dicti, vnde
 Oscena verba i. impudica, quod Oscis libidinum spurcarum
 vsus frequentissimus fuerit.
 Oscus, a. um. adiect. vt Osca tellus. Proper.
 Oscori, populi Campaniæ a Tyberi ad Sarnum. Cat.
 Osca, ciuitas est Sardinæ insulæ. Ptol.
 Osca, ciuitas est Albanæ regionis. Ptol.
 Osicerda, ciuitas est Edetanorum in Hispania. Ptol.
 Osi, populi sunt Sarmatiæ in Europa. Ptol.
 Osili, populi alij in Sarmatia Europæ. Ptol.
 Osincum, ciui. est Corsicæ insulæ. Ptol.
 Osintiadis, regio est Bæticæ in Bæturia. Plin. lib. 3.
 Osiris, idis Iouis filius ex Niobe Phoronei filia.
 Osini, populi sunt Galliæ Belgicæ. Ptol.
 Osquidates, pop. sunt Galliæ Aquitanicæ. Plin. lib. 4.
 Ossa, mons est Thessaliæ in Macedonia. Ptol.
 Ossa quoq; ciuitas est Bisalticæ in Macedonia. Ptol.
 Ossa, mons est in Peloponneso. Strab. lib. 8.
 Ossa, a. um. adiect. Lucan. Rupes Ossa coërcet.
 Ossarena, regio est Armeniæ maioris. Ptol.
 Osserates, populi sunt Pannoniæ superioris. Ptol.
